



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.LXV. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

meam adjuvet, debilitatem roboret, infirmum quod est consolat, ut dignè & competenter adimpleam Ministerium ad quod assumptus sum, &c. Certè verendum Angelorum humeris tanti Sacerdotij munus & onus portius attendens, quām honorem, à dulci a vocatum requie, ad curas inumeras, labores & sudores, prudenter & religiosè questus, in hæc de-
nique erumpit: *Ego me D E O devovo;*
sùb umbra alarum illius sperabo, & cum Decimus hic usq; numerus fuerit mutationis mea index (pater ex superioribus, consumpsitque etiā annos decem à supra Regni Bohemiæ Quæstura) ideo post decem Requiem eternam sperabo, &c. Ita pro sua animi demissione Princeps non minus animo quā honore Celsissimus idemque humillimus. Fuit ipsius Pragæ introductio solemnissima prorsus & magnificentissima, de qua edictus Cæsar, ad nonneminem ex Jntimis hæc ipsa: *Verè digniss D E I hie est, quod tot Archepiscopis non factum,* & huic reservatum fuit, &c. Celebrantur mirificè sancti conatus tanti Archipræfulis, & Cleri in primis reformandi ferventissimum studium, nec dubium ejus actiones observanti, inmortale ab ipso, Toti Bohemiæ Regno, reliquendum Gloriæ & meritorum incomparabilem, juxta nomen suum & professionis sanctitatem monumentum. Curat, alia inter, sacra & Ecclesiastica Regni Bohemicæ componi, & prolixius describi Historiam, nec minus quam antea rerū Monasticarum satagit, ex cuius & litteris & factis omnibus, solidè Benedictinus se prodit Spiritus, piè ac sollicitè Patrum nostrorum æmulus, qui Cathedras Pontificales Germania: omnes egregijs demeruere immortaliter meritis, conferarunt Vitæ sanctitate.

Ita claudere constituimus, sed quia typi dilatio ad octuagesimū usque annum nonnullos interea, laudum suarū impatientissimos, patientiores injuria rum, Archiparenti suo in cœlis adjunxit, paucula sparsim collecta superioribus etiam annis subnectamus.

IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. LXV.
Sancti Patris Benedicti. M. C. LXXXV.

*Julius Od-
seculus.* E Fulget singulare Ordinis nostri sydus, & ornamentum, eoque magis observandum & celebrandum, quo propiore etiam sanguinis relatio-

ne summo Christiani Orbis culmini contiguum, Julius nimirum, Ode scalchus SS. Domini Nostri, & communis Ecclesia pastoris Innocentij eo nomine undecimi frater germanus, BENEDICTI autem Patris in suis filijs tanto Patre, ut illo fratre dignissimus, in quo primus, pro quo tot votis quot die DEU Mexoramus, excitatus est Spiritus: Hic in Monasterio S. Petri In gesati Mediolanensi Congregationis Casinensis, Monachum professus, professionis sue seriò expensa obligatione, Vota sua Domino reddere, tantopere cordi habuit, ut vel tantillum torporis sive remissionis admittere, quām pernitiosissimum, indignissimumq; aestimaret, adeoque ad amissim Sanctissimæ Regulæ obedientiæ suam, paupertatem, & castitatem Angelica etiam puritate metiretur, cætera quoque præcepta Regulæ, tanquam revera Divini Spiritus dictata summa veneratione & devotione exciperet, maximaqne cum animi consolatione explere in horas & momenta singula fatigere, inde alle quutus, ut quæ alijs tardiosa, & difficilia viderentur, ipse summa cum voluptate exerceret, & D E O sanctissimoque parenti suo per omnia placere geltiens magnis à Numine favoribus & gratijs cumulatus, ad sublimiora quotidie con scenderet, cœlōq;, ac cœlitibus se commendaret, atque inde Sanctorum illustratis splendoribus exemplo alijs esset, summa juxta animi præditus demissione, ita ut omnibus viliorem se crederet, & contemptu dignissimum existimaret. Fuit in Choro assiduus, contemplationis studio torus in Deum abrepus, Otij hostis juratissimus, sacri silentij ob servantissimus, temperantia observatissimus, carnis propriæ osor acerrimus, & quanto magis omnis expers ambitionis, tanto dignior omni promotione habitus, invitus admodum Monasterio extractus est, & Novariensis in Ins bria creatus Episcopus, longè altiore promotione dignissimus, in ista protinus ita se habuit, ut admirationi & venerationi omnibus esset, perfectè in se exprimens, quæcumque in Episcopo Apostolus desiderasset, imo ipse Apostolum agens verè à D e o missum Novarienium pastorem, exemplo non minus quam verbo universos non tā per dentem quam rapientem, ita ut Nova ria

Frater S.
D. N. In-
nocentij XI.

B E N E D I C T U S

305

ria quasi Nova, & reyera tanto Pontifice fortunata & glorioſa redderetur. Profecit eo in honore tanta animi de- missione, ut in usum omnium pauperum cederet, omnibus inserviret & in- servire gestiret, verè mirabile noſtra aetate exemplar veri Episcopi, & in ſe redhibiti BENEDICTI REDIVIVI.

IESU CHRISTI ANNUS M.DC.LXVI.

Sancti Patris Benedicti. M.C. LXXXVI.

Percellit Iraliam & Europam uni- versam in tanta temporum obſcu- ritate, veniens e Cœlo cœleſti lumine fulgidissima Regum Regis dono me- morabili in pignus singularis gratia Sponsæ in terris noviter electa Ge- ma planè incomparabilis, ſive monile omnia Regum & Cæfarum donaria longè exſuperans. Tali dignatus est dono ſu- ma DEI Majestas Virginem Bene- dictinam in oculis ſuis abiectiſſimam Venerabilem Mariam Joannam Bon- homiam Abbatissam lec- tissimam, cuius collo torquè item auro cœleſti ful-gidum & admirandum injecit, & huic appenſum monile tam pre- ciosum tam evidenti dilectionis ſigno amore ſu- i in facie præcipitis in extre- um exitiu Orbis con- testatus, ut nemo ſatis ſive dignitate ſponsæ hujus, ſive dignatione Numinis admiretur, facilè autem aſti- met, quantis juxta hanc gratijs praver- torit, tantam tamque singularē ſue be- nevolentia attestationem. Fuit ge- ma hæc, vivacissimæ Virtutis, & Divino quaſi animata Spiritu, intima eria ani- mi penetrans ſenſa, ita ut ſi vel levifl- mo quovis peccatillo, ſive negligenti remiſſior tanta ſponsæ dilectione in- peſceret, gemma illico intima cordis proderet, & caligine quadā miro mo- do inducātā Joannam tantoperè deter- reret, ut ſponsi delicatissimi diſplicen- tiā haud obſcurè adverteret, móxq; penitendo & quantulumcunq; offen- diſſet, tantoperè deplangeret, ut penē tota contabefceret, ac per Confessionē & Satisfactionem inexplicabili animi conſtitutione, demiſſione & deprecatio- ne ſupplex ſponſo ſuo, veniā & remiſſionem exoraret, donec ſplendor ille Divinus monili redderetur. Quæ rē quādā cauram deinceps Joannam red- diderit, quantum a morem, devotio- nem, perfectioni ſequē ſtudium exacue- rit, quantum vires exeruerit, ominari

facilius eſt quādā exprimere. Cujus ob hoc ipsum in omni Virtutū genere tan- tus progressus fuit, ut miraculum ſan- te poſtrema aetatis hujus eſſet, ſponſo nō minus in ipſa excolenda fatagente, quādā ipſā ad ſumnum ejus benē pla- citū ſeſe adaptante, ejuſq; arbitrio ſubij- ciente. Ex vita eiusd. diuersis locis excuſa.

IESU CHRISTI ANNUS M.DC.LXVII.

Sancti Patris Benedicti. M.C. LXXXVII.

Invalēſcenti nimium inexplicabili- ter infanda & execranda maleficio- rum, DEUM Ipsiſum ſalutemque ſuam ejurantium, totosque cacodēmoni ſe confeſrantium, Eucharistiī in primis Sacramenti hostium, conjuratiſſima multitudine, quin & pejore hiſ ipſis ve- neficiſ ſub pietatis & misericordiæ prætextu Patrocinantium ſecta obniti- tur pro virili ampliſſima & sanctiſſima Congregatio Monialium Ordinis noſtri à Venerabili Sacramento Cognomina- ta, dieſque ac noctes, hora nunquam interrupta DEI misericordiam arden- tiſſimis precibus exorat pro tantis in- juriis non tantum indignè ſumentium & blaſphemantium, ſed vel maximè, plusquam diabolico auſu tantū Sacra- mentum in terrā abijcentiū, in Chor- eas diabolicas trahentiū, pedibustan- to Numini iuſſantū, in ſtercora, urin- a, flammaſ inſipientium, conſpicien- tiū, transfigentiū, lacerantiū, & talia facinora impūne tolerantiū, imò impu- ne tolerari ſub ſpecie picatis, ne cum maleficiſ innocentes comprehendan- tur, contendentiū, quaſi vgro foliſ de- lationibus fides adhibenda eſſet, & ro- latrociniorum rei manifesto in flagitio deprehensi trahi ad ſuppliciū non de- berent, ne forte innocentes in partici- piū tantū ſceleris traherent, quaſi ve- rō non conſtareret, delationes ſolias, me- rito ſuſpectas ab illusionibus diaboli eſſe, qui ſe non ſolum conſuevit in An- gelum lucis transformare, quin & ſepe Christi ipſius imaginē præſeſſere, adeoque non in apparitionem ſimulat̄ centies millies personæ innocentis, ſed in ſolum deprehendit flagitiū & maleſiciū, ſolidiſſime inquirendum, eſſe. Pro tantis, inquam, inju- riis, DEO ipſi illatis, & humano gene- ri, imo pecoribus & frugibus intentatis, avertendis & evertendis, placandaque justiſſima Numinis ira incessanter ſu- ſpirijs, lachrymis, precibus, affidua te- nuum

V. Maria
Joanna
Bonhomia
Cœleſti do-
natur mo-
nili.

Congrega-
tio a Ven.
Salvatori
10.